

jutoris semel assenserit, ac Coadjutoria tam Ecclesie quam Episcopo fuerit utilis inventa, non amplius variare, & quod Coad-

jutore non indigeat, dicere potest arg. Clem. un. de Reanuat. Pignatelli. d. tom. 4. Consult. 137. num. 7.

§. III.

Quodnam sit officium, obligatio, vel emolumentum Coadjutoris?

430 Officium Coadjutoris aliud est, si constituitur Beneficiato dementi; aliud, si de- puretur sapienti. Coadjutor Beneficiati dementis habet eandem potestatem, idem- que profus officium in omnibus & per omnia, quod habet Coadjutus, etiam in favorabilibus, beneficalibus, & gratiosis arg. cap. is cui 42. de Elef. in 6. excepta alienandi facultate cap. un. de Clerico egrot. eod. in 6. Nec enim alius occurrit, qui Coadjuti munus explere valeat; nec utilitas aut necessitas Ecclesie permittit spatium, actus gratie vel justitie differendi. Fagnan. in cap. ex parte 5. de Clerico egrot. n. 18. Passerin. in cit. cap. un. n. 53. Engel ad cit. tit.

431 n. 4. Murga de Benef. q. 3. n. 201. Coadjutor Beneficiati sane mentis ea duntaxat facere potest, ad que Beneficiatus est inhabilis; nec debet vel potest se immiscere negotiis, que Beneficiatus pro seipsum expedire vult & valet; sive sit perpetuus, sive temporalis arg. cap. quia fratres 18. VII. q. 1. ne detur invito Beneficiario, & favor. in Coadjutoris datione concessus, in odium & desolationem ipsius convertatur contra d. cap. ex parte & cap. quod ob gratiam 61. de R. J. in 6. Fagnanus cit. l. n. 19. & 24. Passerin. n. 51. & 57. Königsum. 13. Wiestner n. 25. Reiffenstuel n. 51.

432 Obligatio Coadjutoris est, ut sublevet Coadjutum in omnibus, in quibus ipsemet deservire nequit; eumque in finem unam cum Coadjuto residere teneatur in Beneficio, veluti declaratum à S. Congregatione Concilii referi Barbosa Jur. Eccles. lib. 3. cap. 10. n. 31.

433 Et, si administrationem aliquam habeat, rationes reddere tenetur vel ipsemet Beneficiato, ubi ratione præditus est; vel Capitulo, si quod ad fuerit; et Successori, quando in vita Coadjuti redditæ non sunt per textum in cit. cap. un. Passerin. ibid. n. 61.

434 Emolumentum Coadjutoris consistit in jure percipiendi legitimam, suæ sustentationi concedentem portionem ex bonis & redditibus Beneficii cap. de Rectoribus 3. de Cler. egrot. d. cap. un. eod. in 6. Trid. sess. 21. de Ref. cap. 6. est enim & hic operarius suæ mercede dignus, nec propriis militare stipendiis obligatur. Cle-

435 ricat. de Benef. dist. 44. n. 24. Sin autem redditus beneficales Coadjutori simul & Coadjuto, decenter alendo, non sufficiant, probabilior est sententia, ex redditibus Beneficii potius succurrendum Coadjuto; tanquam jus potius, titulum nempe & jus ususfructus habenti; Coadjutori verò vel à parochianis subveniendum, vel ab Episcopo per assignationem Beneficii simplicis aut pensionis esse providendum arg. ex Concil. Trid. d. sess. 21. de Ref. cap. 4. & 6. petito. Panormit. ad d. cap. de Rectoribus n. 6. Passerin. ad cit. cap. un. num. 44.

Gonzalez ad cap. cum percussio 1. d. r. n. 4. Engel ad cit. tit. n. 3. König n. 13. Wiestner n. 11. Reiffenstuel n. 57. & seq. Vid. Clericat. de Benef. dist. d. 91. à n. 6.

Exquires I. quamdiu duret officium Coadjutoris?

Resp. I. Coadjutoris temporalis officium usque ad vitam Coadjuti, vel usque ad tempus soluti impedimenti, cujus gratia Coadjutor erat assumptus, durare: nam, ut vulgatissimum habet axioma, sublata causa, tollitur effectus. Rota Rom. in recent. p. 5. dec. 602. n. 5. & 6.

Resp. II. officium Coadjutoris perpetuum cessare quidem per mortem Coadjuti, sed tamen in melius commutari, ac in Coadjutorem ipsò factò à momento decedentis Coadjuti Beneficium absque nova collatione transferri: quippe cum ex stylo Curie Romanæ Coadjutor perpetuus detur cum clausula, ex nunc protinus, & ex tunc pronunc, ac eventus mortis retrotrahitur ad tempus admittæ Coadjutorie, ut Coadjutor jam tunc Beneficium acquisivisse videatur. Rota Rom. d. dec. n. 39. & seq. Garcias de Benef. p. 4. cap. 5. n. 138. Fagnan. in cit. cap. ex parte n. 16. Lotter de re Benef. lib. 2. q. 25. n. 43. & 45.

Exquires II. utrum, si Coadjutus moriatur, antequam Romæ pro Coadjutore perpetuo literæ sint expeditæ, ille nihilominus in Beneficio succedat?

Resp. quòd in utramque partem afferantur decisiones Rotales; pro affirmativa coram Puteo, ut patet ex recent. p. 7. dec. 313. n. 28. pro negativa coram Manzanedo, ut refert Lotter d. l. n. 46. in puncto tamen Juris prævalcat negativa. Ita Garcias d. l. n. 132. Lotter d. l. n. 46. & seq. Wiestner ad cit. de Præbend. n. 19. ac novissimè Clariss. P. Schmalzgrueber ibid. n. 38.

Ratio est: partim quia in concessione perpetuæ Coadjutorie in effectu quiddam duplex est gratia, una, quæ respicit favorem Coadjuti; altera, quæ concernit commodum Coadjutoris; hæc tamen posterior à priori dependet, quatenus Coadjutori in præmium obsequiorum, Coadjutori præstatorum, jus in Beneficio succedendi tribuitur: partim quia, si Coadjutor moriatur, jus conferendi Beneficium vacans illic devolvitur ad Ordinarium; cui proinde S. Pontifex, Coadjutorem in Successorem deputandò, præjudicare velle non cepsetur.

Nec obest, quod Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. n. 53. & 56. cum aliis adversæ sententiæ fautoribus objicit argumentum, ex stylo Curie desumptum, cujus vigore literis Coadjutorie adjicitur clausula: etiamsi Beneficium de tempore data actualiter vacet, & Coadju-

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

442 tor officium suum non exercuerit &c. Resp. enim, hanc clausulam intelligi de vacatura, quæ inducitur ipsò Jure, citra hominis aut possessoris factum; non autem, quæ

inducitur Jure simul & factò hominis; aut, si factum hominis intelligatur, id non est mors, sed resignatio, veluti sentit Lotter cit. l. n. 57.

CAPUT IV.

De Rebus Ecclesie Temporalibus.

Præter Res Sacras, Religiosas, & Spirituales, dantur Res Temporales Ecclesie, ex quibus Ecclesie tum seipsas, tum suos Ministros alere & conservare tenentur. De istis itaque sic agemus, ut simul earundem alienationem tum licitam tum vitam, cum materiam, in SS. Canonibus celeberrimam, ex visceribus, ut ajunt, tractemus.

SECTIO I.

De Natura & Multiplicitate Rerum Temporalium.

SUMMARIUM.

1. Res Temporales describuntur.
2. Earum prædicata.
3. Non sunt sacra vel religiosa.
4. & seq. Sunt in Ecclesia Dominio.
8. Alia sunt corporales, alia incorporales.
9. & seq. Alia sunt mobiles, alia immobiles.
12. Immobiles alia sunt tales naturaliter.
13. Alia civiliter.
14. Mobiles alia sunt pretiosa.
15. Alia non pretiosa.
16. Aliiones de se neque sunt in mobiles, neque mobiles.
17. & seq. Sequuntur naturam sui objecti.
19. Furta incorporalia accensentur rebus immobilibus.
20. & seq. Pecunia res immobilis censetur.
24. & seq. Explicatur l. ff. de Contrah. empt.
28. & seq. Manet alia, etiamsi destinetur ad rem immobilem.
30. & seq. Vel acquiratur ex distributione rei immobilis.

§. I.

Quid sit Res Temporalis?

Res Temporalis ex cap. 1. num. 22. dicitur, quæ tota quanta à causa naturali producta, atque ad finem temporalem proximè est ordinata, cujus generis sunt prædia, fructus, & redditus Beneficales, ad sustentationem personarum Ecclesiasticarum ordinati.

Vocantur tamen ipsæ res temporales Ecclesie non rarò patrimonium Christi cap. cum secundum 16. de Præbend. cap. cum ex eo 34. de Elef. in 6. Quandoque appellantur pecuniæ Christi cap. qui Christi 2. cap. qui ab interitu 6. XII. q. 2. Subinde Res DEI nuncupantur Trid. Concil. sess. 25. de Reform. cap. 1. Ex eo tamen nequaquam inferendum est, quòd ejusmodi res factæ vel religiosæ & non temporales sint: sunt enim res & patrimonium DEI vel Christi non immediate & proximè: eò quòd immediate & proximè non deserunt DEO & cultui Divino, sed DEI ministris. Sunt autem res DEI vel Christi mediatè & ultimè, in quantum principaliter à fidelibus offeruntur ad honorem DEI & Sanctorum, cui propagando personæ Ecclesiasticæ ex officio studere tenentur.

Hinc etiam verius est, quòd istiusmodi res, sicut in communi vocantur res Ecclesie vel Ecclesiasticæ, sic etiam in dominio Ecclesie vel communitatis Ecclesiasticæ, Capituli sci-

licet, sæcularis aut Regularis, cujus est Ecclesia, existant. Idque probatur I. ex textibus, in n. 2. citatis, ubi bona temporalia res DEI vel Ecclesie vocantur; quasi nempe sic Divino Numini sint dedicate, ut earum dominium & usus sit penes Ecclesiam: tum ex cap. expedit 13. XII. q. 1. cap. nulli 3. ead. q. 2. cap. ult. XVI. q. 1. cap. Episcopi 4. de Reb. Eccles. non alienandi. cap. investigandum 1. cap. un. unusquisque 3. cum 2. seqq. de Pecul. Cleric. cap. quorundam 1. in fine de Testament. in quibus res dicuntur esse in dominio Ecclesie, & revocari ad jus Ecclesie, pertinere ad Ecclesiam &c.

II. ex Concilio Trid. sess. 25. de Regular. cap. 3. ubi omnibus Monasteriis, exceptis Domibus FF. S. Francisci Capucinarum, & eorum, qui Minoris de observantia vocantur, possessio bonorum immobilium adstruitur.

III. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

IV. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

V. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

VI. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

VII. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

VIII. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

IX. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

X. ex intentione fidelium, qui bona, pro fundatione, dotatione, incremento, & augmento Ecclesiarum liberaliter oblata, voluerunt Ecclesiarum dominio subicere, uti constat ex Auth. si qua mulier, & Auth. ingressi Cod. de SS. Eccles. Novi. 3. cap. 3. Lessius lib. 2. de J. & J. cap. 4. dub. 7. Haunholdt de J. & J. tract. 4. num. 64. & seq. Illustrif. D. Reding de J. & J. q. 1. art. 5. dub. 1. Clariss. D. Braun in tract. de Dom. cap. 5. §. 2. num. 131.

§. II.

Quotuplex sit Res Temporalis?

8 Quæ admodum in cap. 1. n. 23. Res, generatim sumptas, divisim in corporales & incorporales: sic etiam Res Temporales modò dividimus in corporales, & incorporales. Corporales sunt, quæ sensibus externis subjiciuntur, v. g. ædes, horti, agri, vineæ, pecuniæ &c. Incorporales sunt, quæ, licet facultatem subministrent, aliquid agendi & faciendi, quod est sensibile, in se tamen & formaliter acceptæ sensus externos effugiunt, v. g. servitutes, obligationes, actiones, jura, vulgò die *Gerichtigkeiten*.

9 Res corporales ulterius distinguuntur in mobiles & immobiles. Mobiles sunt, quæ vel seipsas movere possunt de loco in locum, quales sunt res animatæ; vel saltem ab aliis de loco in locum salvæ & integræ moveri possunt, quales sunt res inanimatæ, germanicè *bewegliche Güter* / *Fahrende Haabe* &c. 10 Stryck in *usu mod. pand. ad tit. de D.R.* §. 16. ubi pro praxi Germaniæ notat, vocem *Fahrtuß* & vocem *Mobilium*, solitariè prolata, in vernacula nostra strictiorem sensum, quam in Jure Romano, exhibere, nec aliud quam utilitatem & suppellectilem domesticam comprehendere; licet vocabulum *bewegliche Güter* adhuc suam latitudinem habeat, omnèsque res mobiles comprehendat.

11 Res immobiles sunt, quæ salvæ, integræ, & non-corruptæ vel destructæ, nequeunt de loco

in locum transferri; germanicè die *unbewegliche Güter*.

Res immobiles subdividentur in naturales & civiles. Naturales sunt, quibus natura impedimento est, quò minus cum integritate à loco moveri possint, v. g. fundus, domus &c. Civiliter tales sunt, quæ, licet ex sua natura cum integritate de loco moveri possint, quia tamen ad perpetuam utilitatem vel ornamentum rei immobilis v. g. prædii sunt destinatæ, ex censura Juris pro immobilibus reputantur per textum in *l. Julianus* 13. §. ult. cum *ll. seqq. ff. de AEd. empti* &c. Clariss. D. Franz ad *lib. 2. Inst. tit. 2. de Reb. Corporal. n. 2.*

Res mobiles subdividentur in pretiosas & non-pretiosas. Pretiosas dicuntur, quæ servandò servari possunt, & propter suum pretium, artem, vel antiquitatem singularem splendorem conciliant, v. g. monilia, vasa aurea & argentea, statuæ *arg. l. lex que 22. & l. tutores 24. Cod. de administrat. & peric. tutor.* Non-pretiosas dicuntur, quæ vel servandò servari non possunt, uti vinum, frumentum, oleum &c. vel servatæ specialem decorem non conciliant, uti v. g. est suppellex communis & ordinaria. Qua in re consuetudinem locorum attendendam esse, monet Magnif. P. König ad *tit. de Reb. Eccles. non alienand. num. 14.*

§. III.

Nonnullæ quæstiones de rebus mobilibus & immobilibus resolvuntur.

16 De nonnullis rebus temporalibus ambigitur, sintne rebus mobilibus aut immobilibus accensendæ? In specie de actionibus Quæritur I. ad quamnam classem sint reponendæ?

Resp. I. actiones ex sua natura neque res mobiles, neque immobiles censeri per textum in *l. quam Taberonis* 7. §. 4. ff. de Peculio l. omnes qui 2. in pr. Cod. de Quadrenni præscript. Ratio est: quia actiones sunt res incorporales ex n. 8. Ergo nec mobiles nec immobiles: cum motus & illius privatio sint affectiones rei corporeæ. Panormit. ad cap. nulli 5. de Reb. Eccles. non alienand. n. 9. Magnif. P. König *cit. l. n. 15.* Clariss. D. Franz *cit. l. n. 6.*

17 Resp. II. actiones æstimari ex objecto, easque, quæ destinantur ad res mobiles petendas, annumerari rebus mobilibus; eas verd, quæ destinantur ad res immobiles, annumerari rebus immobilibus per textum in *l. certi* 9. in pr. ff. de R. C. l. stipulationes 72. in pr. l. ubi autem 75. in pr. l. in executione 85. in pr. ff. de V. O. in quibus assertur, obligationes dividas vel individas, certas aut incertas, denominari ab objecto: unde inferitur, quòd actiones etiam quoad mobilitatem vel immobilitatem mensurentur ex objecto, quod respiciunt. Ratio est: quia aliàs, qui actionem habet, rem

ipsam, ad quam tendit actio, habere videtur *l. id apud* 143. ff. de V. S. l. is qui 15. ff. de R. F. Sic præter Authores, supra commendatos, sentiunt *W ehner observat. pract. verb. Fahrtuß pag. m. 142.* & *Gail lib. 2. obs. pract. 11. n. 10.* è quibus prior de praxi sententia, posterior de præjudicio Cameræ testantur.

Quæritur II. quòd pertineant jura incorporalia, v. g. jus venandi, piscandi; census annui; servitutes?

Resp. pertinere ad res immobiles per textum in *cap. hoc consuetissimo* 2. de Reb. Eccles. non alienand. in 6. & *Clem. exvii* 1. de V. S. eò quòd jura realia, corporis quidem sint expertia, plerumque tamen rebus immobilibus inherere, aut ex rebus immobilibus aut circa illas deberi solent. *l. servitutes* 14. in pr. ff. de Servitut. l. loci 4. ff. si Servitut. vindic. l. quid aliud 86. ff. de V. S. *Gail d. lib. 2. obs. 11. num. 11.* Covarruv. *lib. 3. var. resol. cap. 7. n. 2. §. secundo hoc &c.*

Quæritur III. quorsum spectet pecunia?

Resp. pecuniam, in quacunque quantitate consistat, esse rem mobilem. Ita Panormit. *cit. l. n. 11.* Sylvester in *V. alienatio* q. 8. n. 7. Riccius in *praxi p. 1. decis. 50. n. 3.* D. Braun in *tr. de tut. ad tit. de reb. eorum qui sub tut. ib. 23.* Textus est in *l. schorus* 79. §. 1. ff. de Legat. 3. ubi

ubi *J Ctus* *his verbis*, inquit, *qua ibi mobilia mea erunt, do lego, nummos ibi repositos, ut mutui darentur, non esse legatos, Proculus ait: at eos, quos prædii causa repositos habet, legatò contineri. At nec primò nec secundò casu pecuniæ seu nummi crederentur legati, nisi sub appellatione rerum mobilium venirent. Ergo &c. Textus non minoris ponderis occurrit in *l. tutores* 24. Cod. de Administrat. tutor. ubi, dum tutores jubentur, *ex mobilibus aut prædia idonea comparare*, aut illa ad *ufuras* exponere, nomine *mobiliam* intelligitur pecunia. Textus ejusdem tenoris est in *Nov. 22. cap. 45. §. 2.* ibi: *in pecuniis aut aliis mobilibus rebus &c.* & in §. 3. ibi: *tam in pecuniis quam in immobilibus rebus &c.**

23 Ratio est: quia pecunia, naturaliter & civiliter spectata, est mobilis, transit salva & integra de manu ad manum, de loco ad locum, nec fructificat, si recondatur in arca, & non expendatur *cap. efficiens* 11. *Dist. 88.*

24 Neque dicas, pecuniam esse rem incorporalem: cum magis ex quantitate seu valore, qui non cadit in sensum, quam ex substantia seu materia spectetur *l. origo* 1. in princ. ff. de Constr. emp. Adeoque nec mobilem de se nec immobilem, sed sequi naturam objecti, ad quod

25 destinatur. Nam, ut abstraham à responsione, quam *cit. l.* subiungit Gothofred. in *not. lit. l.* quòd sub *ly quantitate* non valor sed pondus designetur, ut sensus sit, pecuniam magis ex pondere quam substantia vel materia spectari: Responderi potest I. negandò antec. atque ad rationem ex *cit. l.* reponi, genuinum illius sensum esse, quòd pecunia non ex sola materia, sed etiam ex valore, qui tamen plerumque correspondet materiæ, consideretur; exinde tamen tam parum fieri incorporalem, quam parum imago, vitrum, gemma, aliæque res incorporales evadit ex valore, quem accipit ex ingenio, industria, & dexteritate artificis. Responderi potest II. regulam illam de rebus incorporalibus, quòd æstimantur ex objecto, solum procedere

re de rebus, quæ planè sunt incorporales, cuiusmodi censentur actiones *ex num. 17.* idèòque malè applicari ad pecuniam, quæ saltem ex materia, ex qua constat, corporalis & mobilis est.

Quæritur IV. an, si pecunia fuerit destinata ad rem immobilem comparandam, fiat immobilis?

Resp. negativè. Sic *Gail d. obs. 11. n. 3. & 4.* *W ehner observ. pract. verb. Fahrtuß pag. 143.* *Harpprecht ad tit. Inst. de Rebus Corporal. n. 14.* *Lauterb. ad tit. ff. de Rer. qual. §. 14.* D. Braun *ubi supra* *ib. 15.* Ratio est: quia pecunia, ex dictis, suapte natura est mobilis; nec textus afferri potest, qui rebus immobilibus illam accenseat, quando destinatur ad rem immobilem emendam. Quin & in aliis materiis, quando destinatur unum ad alterum, destinationum ex sola destinatione non assumit naturam illius, ad quod destinatum est *arg. l. fundi* 17. §. 5. §. 10. & 11. ff. de AEd. empti. alioquin de natura & qualitate rerum vix aliquando certitudinem habere possemus, si sola destinatio, quæ incerta & mutabilis est, pro manifesto iudicio deberet assumi. Dissentit cum aliis D. Gletle *p. 1. sect. 9. 12. n. 3.*

Quæritur V. an pecunia, ex venditione rei immobilis accepta, fiat immobilis?

Resp. negativè cum *Harpprecht d. l. n. 16.* & *seqq. Braun d. l. ib. 19. & seqq.* Ratio est: quia pecunia non efficitur immobilis ex sola substitutione in locum alterius; neque enim (si excipias iudicia univerfalia, de quibus exponenda est *l. si & rem 22. ff. de Heredit. petis.*) pretium in locum rei succedit: cæterò quin sequeretur, pretium, ex re futura acceptum, furtivum esse; pecuniam, ex distractione pignoris receptam, esse pignori nexam; rem, nummis meis comparatam, meam esse; quæ sequela, quam absurdæ sint, liquet ex *l. qui vas 48. §. ult. ff. de Furt. l. idemque 7. §. un. ff. Qui potiores in pignore &c. l. si ex ea 6. Cod. de R. V.*

SECTIO II.

De Rerum Ecclesiæ Temporalium Administratione & alienatione.

SUMMARI A.

32. Rerum Ecclesiæ temporalium administratio competit Episcopis. 33. Prælati Regularibus. 34. Abbatibus. 35. Parochis. 36. Hospitalium Rectores. 37. & seq. Administratio hac restricta est. 39. Non quidem quoad res mobiles non-pretiosas. 40. Sed quoad pretiosas. 41. & seqq. Prout in exemplis ostenditur. 46. Nec non quoad res immobiles. 47. & seqq. Subiiciuntur exceptiones. 56. & seq. Duplex

alienationis acceptio. 58. & seq. Lata præferuntur in presenti stricte. 60. Quæritur, an etiam repudiatio veniat alienationis nomine? 61. & seqq. Rationes negandi. 64. & seqq. Rationes affirmandi. 67. Eligitur sententia affirmans. 68. & seqq. Rationes negandi diluuntur. 74. Quatenus agitur de penis alienationis prohibita, repudiatio non venit sub alienationis vocabulo.

§. I.

Cuiam incumbat administratio & alienatio Rerum Ecclesiæ Temporalium?

32 Rerum Ecclesiæ Temporalium administratio & alienatio post Summum Pontificem, qui pro Ecclesiarum necessitate & utilitate supremam disponendi facultatem obtinet,

quem, qui pro Ecclesiarum necessitate & utilitate supremam disponendi facultatem obtinet,

net; competit I. Episcopis & ceteris Sæcularibus Ecclesiarum Prælatibus cap. quisquis 19. §. omnium XII. q. 2.

33 II. Abbatibus, Præpositis, & aliis Prælatibus Regularibus cap. non dicatis 11. §. cum hujus ead. q. 1. cap. nullam 9. XVII. q. 2. cap. edoceri 21. de Rescript. cap. Monachi 2. cap. cum ad Monasterium 6. de Statu Monach.

34 III. Abbatibus, Prioribus, & aliis Monialium Præpositis, quibus quoad domestica & œconomica eadem ferè cum Superioribus Religiosorum est potestas arg. cap. continebatur 2. de his qua sunt à Prælat. sine conf. Capit. Parnormit. ad idem cap. n. 4. Tamburin. de Jure Abbatiss. disp. 32. q. 13. n. 2.

35 IV. Parochis quoad res Ecclesiarum Parochialium & aliarum; à Parochiali dependentium; arg. cap. veniens 8. de Transact. cap. dilectus 2. de Capell. Monach. cap. G. perpetuus 12. de Fide instrument. ubi Felin. num. 4. Pirhing ad tit. de Judic. n. 26. nisi speciales Præpositi vel Administratores vulgò Kirchengrößt / Weis

ligen oder Kirchen Pfleger sint constituti. Clarissimus P. Wiestner ad tit. de Pecul. Clericor. num. 17.

V. Hospitalium Rectoribus quoad bona & res, ad hospitalia pertinentes per Clem. quidam contingit 2. de Religios. Dom.

His omnibus inculcanda est regula, quam Parisiensis Episcopo in cap. fraternitatem 2. de Donat. Alexander III. proposuit, quod, cum Episcopus & quilibet Prælati Ecclesiasticorum rerum sit procurator & non Dominus, conditionem Ecclesiam meliorem esse possit, facere verò deteriorem non debet.

Quia tamen nonnunquam accidit, ut unus solus Ecclesie utilitatem pro merito considerare vel non velit aut non valeat; hinc administrandi alienandive potestas omnibus bonorum Ecclesiasticorum Administratoribus nonnihil restricta, ac certis conditionibus, in sect. seq. enumerandis, alligata fuit. Casus restrictæ potestatis ad consensum Superioris vel Capituli statim ponemus in §§. seqq.

§. II.

Quasnam res Temporales Ecclesiarum Administrationibus alienare permissum vel prohibitum sit?

39 Repetitâ distinctione inter res mobiles & immobiles, de qua supra,

Dico I. Res Ecclesie mobiles non-pretiosæ liberè ab earum Administratoribus alienari possunt. Colligitur hæc assertio partim ex eo, quod ejusmodi alienatio nupsiam invenitur vetita: partim ex paritate, ductâ à tutoribus & curatoribus, quibus fas est, res pupillarum & minorum non-pretiosas pro suo arbitrio distringere l. lex qua 22. & l. tutor 24. Cod. de Administrat. tutor. partim ex ratione, quod generalis administratio non patiatur, in omnibus & quotidianis casibus aliorum consilium vel consensum requirere.

40 Dixi: non-pretiosæ. Nam de rebus mobilibus pretiosis pariformiter erit dicendum, atque de rebus immobilibus; non solum ob paritatem, à tutore & curatore ex cit. N. deductam, sed etiam ob textum specialem in Extravag. Ambrosia de Reb. Eccles. non alienand. inter commun. Itaque

41 Inferitur I. vinum, frumentum, oleum, ipsamque pecuniam, in quacunque consistat quantitate; & quemcumque in finem ab Antecessore fuerit destinata, à Prælatibus Ecclesie expendi posse. Constat ex dictis à num. 20. docentque in specie Palao, Vasquez, Donatus, quos refert & sequitur P. Wiestner ad cit. tit. n. 34.

42 Neque dicas: pecuniam pupillarem à tutore non posse expendi, quando est deposita ad pradorum comparationem l. quid ergo 3. §. 6. ff. de Contrariat. act. Resp. enim, id solum verificari, quando defunctus pupillo sub ea conditione pecuniam legavit aut reliquit, ut applicetur ad comparationem prædii: eod quod ultima voluntas habeatur pro lege.

si velimus paritatem formare ad Ecclesiam, non poterit pecunia, sub conditione emendi prædii à testatore vel donatore eidem relicta, in alium usum converti: cum honestæ conditiones in donationibus, Ecclesie faciendis, generatim approbentur in cap. verum 4. de Condition. apposit.

Inferitur II. margaritas, cimelia, gemmas, vasa aurea & argentea, cum ex num. 19. numerentur inter res pretiosas, non posse distrahi, præterquam si talia vasa jam informia & vetustate consumpta forent, ac illorum loco nova, meliora, & cultiora substituerentur: tunc enim virtualiter adhuc existere censentur. P. Engel ad tit. de Reb. Eccles. non alienand. n. 6.

Si petas: utrum SS. Reliquiæ possint alienari?

Resp. quoad partes notabiles, v. g. pedem, brachium, caput &c. alienari non posse: sunt namque rebus pretiosis ex merito accendendæ: cum ex sententia Aurei Doctoris Chrysolomi gemmis & aurò longè præstantiores sint. P. Engel cit. l. num. 5. Wiestner num. 26.

Dico II. Res immobiles Ecclesie regulariter non possunt alienari. Textus permultus in cap. sine exceptione 52. XII. q. 2. cap. irrita 1. cap. cum nos 3. cap. tua super 8. de his, qua sunt à Prælat. sine conf. Capit. cap. non licet 1. cap. Episc. 4. cap. nulli 5. de Reb. Eccles. non alienand. cap. ult. eod. in 6. Clem. Monasteriorum 1. Extravag. Ambrosia eod. inter commun. Hancque prohibitionem alienationis antiquissimam & à primis Ecclesie sæculis derivatam esse, pereruditè demonstrat Illustriss. Vincent. Petra Comment. Apost. rom. 1. pag. 44.

Dizi

47 Dixi regulariter. Excipiuntur enim I. res immobiles exigui valoris (quæ, quales sint, pro locorum & Ecclesiarum diversitate, divitiis aut copia &c. arbitrio Judicis committitur) terrulæ, vineolæ &c. de quibus agitur in cap. terrulas 53. XII. q. 2. & dicitur, quod, si necessum fuerit, sine consilio Fratrum, hoc est, Capituli, ab Episcopo possint

48 distrahi. Et licet idem cap. ex Concilio Agathensi, quod Oecumenicum non erat, excerptum sit; communi tamen calculo, nec non expressâ S. Congregationis Card. declaratione, cujus post Barbosam de Offic. & pot. Ep. alleg. 95. n. 5. meminit Fagnanus ad cap. nulli 5. de Reb. Eccles. non alien. n. 25. receptum; imò in cap. ceterum 3. de Donat. ubi Abbati modica donatio sine solemnitatibus permittitur, non obscure firmatum est.

49 Ad cap. ut super 8. §. possessiones de Reb. Eccles. non alienand. Resp. ibidem nomine possessionum minus utilium non intelligi res absolute inutiles, sed respectivè solum & comparativè ad alias utiliores, cum quibus commutantur.

50 Excipiuntur II. res Ecclesie magis novicæ quàm proficua, cujusmodi reputantur domus in urbibus (si populosa & numerosa non sint) positæ, quæ non sine immodicis sumptibus & inhabitantibus & conservantur cap. non licet 20. XII. q. 2.

51 Excipiuntur III. res, ab antiquo in feudum vel emphyteusim dari solitæ, & rursus ad Ecclesiam reverti cap. ult. de Feud. Extravag. Ambrosia de Reb. Eccles. non alienand. inter commun. Nam res, semel facta alienabilis, semper manet alienabilis, velut indicatur in tit. 3. Feud. 2. in princ. & notat Gonzalez ad d. cap. ult. n. 12. si modo conditio Ecclesie per novam alienationem non reddatur deterior. Reiffenstuel

§. III.

Quales actus & contractus alienationis nomine censeantur esse prohibiti?

56 Alienationis nomen duplicem acceptio-nem sortitur, strictam & latam. Stricta comprehendit illos ductat actus & contractus, quibus dominium in alium transferitur per l. alienatum 67. in pr. ff. de V. S. l. si affimario 1. Cod. de Fundo dotali. Hujusmodi actus & contractus sunt emptio-venditio, permutatio, donatio, datio in solutum, legatum &c.

57 Lata continet omnes actus & negotia, quibus aliquid jus in re vel ad rem ab uno in alium transferitur, cujusmodi sunt, quibus feudum, emphyteusis, pignus, possessio, servitus, usus &c. constituitur l. item si 4. §. 2. l. ex hoc 8. §. 2. ff. de Alienat. Jud. mnt. causâ &c. l. ult. Cod. de Reb. alien. non alienand.

58 In præsentî materia latior alienationis acceptio præferatur strictiori, ut patet ex cap. nulli 5. de Reb. Eccles. non alienand. Clem. Monasteriorum 1. eod. Extravag. Ambrosia d. t. inter commun. in quibus locis non solum donatio, venditio, feudum, emphyteusis, & hypotheca prohibetur, sed etiam locatio longi temporis. P. SCHMIEER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

ad tit. de Reb. Eccles. non alien. n. 40. Censetur autem res ab antiquo alienari solita, quando vel una solennis alienatio præcedit, vel duæ aliæ cum cursu 40. annorum, prout ex Rotæ decisionibus firmat Barbofa J. E. P. lib. 3. cap. 30. num. 21. P. Engel ad cit. tit. num. 4.

Excipiuntur IV. donationes centesimæ vel 3 quinquagesimæ per textum in cap. §. bona 74. d. q. 2. cap. Apostolica 9. de Donat. ubi conceditur Episcopis potestas de redditibus suæ Ecclesie pro noviter ædificando Monasterio quinquagesimam partem, pro Monasterio autem jam constructo, noviter dotando, centesimam partem donandi; hæc tamen æquitate temperamenti servatâ, ut, cui tribuunt, competens subsidium conferant, & cui tollant, damna gravia non infligant &c. Gonzalez ad cit. cap. n. 4.

Excipiuntur V. alienationes, ad quas im-pellit tam ingens & urgens necessitas, ut nequeat haberi consensus illorum, quorum interest: neque enim præsumendum est, Legislatores Ecclesiasticos, alienationem Administratoribus Ecclesie prohibentes, respectivè ad casum extremæ necessitatis, quod Lex prohibens servari non potest per cap. quanto 4. de Consuet. cap. licet 3. de Feriis cap. quod non est 4. de R. J. Alioquin perpæsse accideret, quod in Ecclesie favorem est introductum, ne scilicet res illius sine solennitate distraherentur, in odium & dispendium redundaret, quando non suppeteret aliud remedium, ab instanti malo Ecclesiam liberandi, quam alienatio insolennis. Itaque in facti contingentia resolvit nostra Facultas, cujus resolutionem jam antea præbuerunt Parnormitanus in cap. ult. de Eccles. edific. n. 8. & Redoanus de Reb. Eccles. non alienand. q. 44. per tot. Clariss. P. Wex in Epit. Can. p. 2. controuv. 4. n. 33.

ris, seu ultra triennium, uti & conditio, hoc est, ut explicat Redoanus d. l. q. 45. n. 2. quævis conventio circa res Ecclesie immobiles vel pretiosas arg. l. societatem 76. ff. pro Socio l. sed celsus 6. §. ult. ff. de Contrab. emp. l. debitori 7. Cod. de Pact. Redoanus d. l. q. 47. n. 14. Parnormit. ad d. cap. nulli n. 13. Barbof. in Collect. ad d. Extravag. n. 5. Magnif. D. P. König ad tit. de Reb. Eccles. non alienand. n. 2. P. Wiestner ibid. num. 2. & 12. P. Reiffenstuel ibid. num. 3. Cujus ratio est: quia rerum Ecclesiasticarum alienatio in tantum est prohibita, in quantum exigit favor & utilitas Ecclesie. Sed favor & utilitas Ecclesie exigit, ut non solum translatio domini, sed etiam alterius cujuslibet juris, Ecclesie multum proficiat, prohibeatur. Ergo &c.

An autem alienationis nomine hic etiam veniat repudiatio; anve Prælati Ecclesiasticus possit rem immobilem vel mobilem pretiosam, Ecclesie legatam, repudiare, non quidem licitè (peccat namque toties, quoties Eccle-

H h h

Ecclesie conditionem facit pejorem, Clarissimi & Colendissimi DD. Collegæ, D. Franciscus Ignatius de Wolleren &c. in *Quæst. select. Oenipont. q. 13. num. 8.* D. Franz in *Furisprud. quintupl. q. 1. n. 1.* sed validè? Nobilissima controversia est, multorum Doctorum ingeniosis calamis hodie celebrata.

61 Rationes pro sententia, repudiationem validam pronuntiantem, sunt I. ex l. alienationis 28. in pr. ff. de V. S. ubi J. C. Paulus sic edisserit: *qui occasione acquirendi non utitur, non intelligitur alienare, veluti qui hereditatem omittit, aut actionem intra certum tempus datam non amplectitur.* Unde inferitur, neque repudiationem legati alienationem esse: quoniam, qui repudiatur, occasione acquirendi non utitur.

62 II. quia sub nomine alienationis, quæ in Jure Civili prohibetur in fraudem creditorum fieri, non includitur repudiatio legati l. quod autem 6. §. 2. & 4. ff. *Qua in fraudem creditorum &c.* Idem statuitur de donatione, inter conjuges alias interdicta, quod legati repudiatio in favorem alterius conjugis non censetur vetita l. si sponsus 5. §. 14. ff. de Donat. inter vir. & uxor.

63 Cur ergo quid aliud statuatur in legato, Ecclesie relicto? III. potest Prælatum Ecclesiasticum rem immobilem, Ecclesie donatam, non-acceptare, ita ut dominium rei donatæ maneat penes donantem. Ergo etiam potest rem immobilem, Ecclesie legatam, non-acceptare, ita, ut dominium maneat penes heredem: sicut enim donatio ad sui valorem requirit acceptationem donatarii; ita legatum ad sui subsistentiam requirit acceptationem legatarii per l. si tibi homo 86. §. 2. ff. de Legat. 1. l. si quid 1. §. 6. ff. si quid in fraudem patroni &c.

64 Rationes pro sententia negante, talem repudiationem valere, sunt I. quia in l. magis puto 5. §. 8. ff. de Rebus eorum qui sub tut. &c. negatur, quod pupillus fundum legatum repudiare possit sine Prætoris auctoritate: esse enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat, ait Ulpianus ibidem. Ecce! J. C. ad repudiationem fundi legati requirit auctoritatem Prætoris, quæ nunquam est necessaria, nisi in alienatione; datque rationem non aliam, nisi quod repudiatio legati, cum sit res pupilli, habeatur pro vera alienatione. Ergo etiam in repudiatione legati immobilis, quod Ecclesie relinquatur, exigitur auctoritas eorum, qui aliam in alienationem consentire debent: cum bonum argumentum à pupillo ducatur ad Ecclesiam arg. cap. requisit 1. de in 6. sintegr. restitut.

II. quia Prælatum non potest alienare rem immobilem vel mobilem, pretiosam, cujus dominium est penes Ecclesiam cap. nulli 5. de Reb. Eccles. non alienand. Sed dominium rei immobilis vel mobilis pretiosæ legatæ est penes Ecclesiam. Ergo &c. Minor prob. tum ex l. legatum 80. ff. de Legat. 2. & l. à Titio 64. ff. de Furt. ubi generatim dicitur, rei legatæ dominium, post mortem legantis, restitui, citra traditionem, transire ad legatarium: tum ex l. cum pater 77. §. 3. ff.

de Legat. 2. ubi habetur, etiam ignorantibus emolumentum ex testamento dari: tum ex l. ut inter 23. Cod. de SS. Eccles. ubi specialiter constituitur, pro rebus Ecclesie legatis vindicationem pene perpetuam competere. III. quia omnes serè, de hoc argumento tractantes, fatentur, repudiationem legati esse alienationem, latè acceptam: è quòd saltem jus acceptandi, quod habet legatarius ante omnem acceptationem, dimittitur. Atqui alienatio ex num. 66. hic accipitur latè, quatenus est nociva Ecclesie. Ergo sub verbo alienationis continetur repudiatio legati, ut pote quæ procul dubio est summè nociva Ecclesie.

Consideratis & probè expensis utriusque 67 sententiæ rationibus, negantem, cui post Anchoranum, Angelum, Paulum de Castro, Azorium, & alios subscribitur Molina de F. & F. tr. 2. diff. 468. num. 12. Engel de Privileg. Monast. privil. 32. n. 9. Reverendiss. D. Martinus Reisch de Jure Patron. cap. 1. §. 2. num. 4. Clariss. D. de Wolleren cit. q. 13. n. 18. Clariss. D. Franz cit. *Furisprud. quintupl. q. 4. n. 5. & seqq.* eligo; atque, ut fundamentis sententiæ affirmantis, quam amplectuntur Sylvelter in *V. alienatio n. 18.* Barbofa de off. & pot. Ep. alleg. 95. num. 52. Pirhing ad tit. de Reb. Eccles. non alienand. n. 41. Reiffenstuel ad tit. de his, qua sunt à Prælat. sine cons. Cap. n. 38. & seqq. satisfaciam,

Ad I. rationem oppositam distinguo antec. 68 non acquirere non est alienare, si alienatio sumatur strictè, concedo; si sumatur latè, nego antec. Vel sic, non acquirere non est alienare, si ad acquisitionem requiratur acceptatio, concedo, si non requiratur, nego ant. Atqui alienatio legati, Ecclesie relicti, non solum est alienatio in sensu lato, propter rationem generalem in num. 66. sed etiam ob rationem specialem, quia videlicet acceptationem Prælati non desiderat: sicut enim nec pollicitatio, Reipublicæ facta, desiderat acceptationem Reipublicæ per textum in l. si pollicitatus 1. in pr. & §. 1. l. pactum 3. in princ. ff. de Pollicitat. nec votum requirit acceptationem DEI, cui votetur l. si quis 2. in princ. eod. ita nec legatum, Ecclesie relictum, pendet ab illius acceptatione; & hoc tantò magis, quantò minus actus ultimæ voluntatis ad sui valorem desiderat alterius voluntatem.

Nec valet, si respondeas cum Reiffenstuel 69 cit. l. n. 49. & seqq. pollicitationem non habere vim ante acceptationem Reipublicæ; & votum à legato multum esse diversum. Nam de pollicitatione plerique Interpretes, ad eundem titulum commentantes, tradunt, eam, si fiat in gratiam & honorem Reipublicæ, independentem ab acceptatione habere vim: quippe cum post acceptationem non amplius obliget, quatenus est pollicitatio, sed quatenus est pactum.

Inter votum & legatum, Ecclesie factum, 70 tanta est affinitas, ut sæpe non possis discernere, num votum sit, an legatum: si quis enim in ultima voluntate calicem Ecclesie in honorem

rem DEI nuncupet, sciri vix potest, an calicem voverit, an legaverit.

71 Ad II. rationem assigno discrimen inter alienationem in fraudem creditorum, item donationem inter conjuges ex una, & repudiationem legati, Ecclesie relicti, ex altera parte. Nam & alienatio & donatio memorata, quatenus est prohibita, censetur esse odiosa de Jure Civili, quoniam per prohibitionem rescinditur actus, de Jure Civili validus: unde J. C. non in sensu lato sed stricto videbatur explicanda. At alienatio rei Ecclesiasticæ, quatenus est prohibita, est favorabilis Ecclesie: adeoque latè accipienda, 72 atque ad repudiationem extendenda. Adde, ex hac paritate probari nimum, videlicet, repudiationem legati valere, postquam à Prælati jam fuit acceptatum: nam etiam repudiatio legati valet inter conjuges, tametsi per prius agnium, & in gratiam alterius repudiationem sit per textum in cit. l. si sponsus 5. §. 13. ff. de Donat. inter vir. & uxor. neque enim in gratiam alterius potest cedi, quod antea necdum agnium aut acceptatum

supponitur arg. sumptò ex l. si avia 6. Cod. de Jure deliber.

Ad III. rationem inprimis negatur ant. ad 73 donationem, Ecclesie factam, Prælati acceptationem efflagitari: repugnant siquidem dicta in num. 66. de pollicitatione. Deinde rursus disparitas redditur inter donationem & legatum: cum illa, ceu species pacti, requiratur duorum in idem placitum consensum d. l. pactum 3. in pr. ff. de Pollicit. nec absenti vel ignoranti possit fieri l. si cum 2. §. 6. l. absenti 10. ff. de Donat. hoc verò fit species ultimæ voluntatis, nec pro substantia requirit consensum legatarii, & non minus absenti quam ignoranti acquiratur ex d. n. 46.

Planè cum alienationis prohibitio eatenus 74 æstimetur odiosa, quatenus Prælatos alienantes, & rem alienatam accipientes, gravibus poenis percellit, eatenus quoque repudiatio Legati, Ecclesie relicti, sub alienatione prohibita non continetur, uti cum Authentica, à se allegatis, rectissime docent cit. Clarissimi DD. Collegæ, D. de Wolleren num. 28. & D. Franz n. 4.

SECTIO III.

De Requisitis ad alienationem Rerum immobilium & mobilium pretiosarum.

SUMMARI A.

75. Ad alienationem requiritur specialis causa. 76. Necessitas. 77. & seqq. Utilitas. 80. & seq. Vel pietatis. 82. & seq. Ad has causas reducuntur cetera. 84. Requiritur etiam assensus Capituli. 85. & seqq. Assensus hic debet expressus esse. 89. & seqq. Ostenditur modus, probandus consensum. 92. & seqq. Parro-

ni consensus haud requiritur. 96. Agitur de consensu Superioris. 97. & seq. Notatur doctrina Redoani. 99. & seq. Examinatur consuetudo circa consensum Apostolicum. 102. Potest supervenire post alienationem. 103. & seqq. Non exigitur, ubi sit alienatio ab una ad aliam Ecclesiam.

§. I.

Qualis causa ad alienationem requiratur?

75 Quando Prælati & ceteri rerum Ecclesiasticarum Administratores, res immobiles vel mobiles pretiosas intendunt distrahere, complura requiruntur. Primum est legitima causa, sine qua nec inferiores ad alienationem devolare, nec Superiores eam retinere possunt, non humanò solum, sed etiam Jure Divinò reclamante; sicque est exponendum cap. non liceat 20. XII. q. 2.

76 Causa alienationis triplex invenitur. Prima est necessitas, non qualiscunque, sed urgens, puta, quod Ecclesia prematur ære alienò; & ædificia ruinam & interitum minentur; necessaria ad officium Divinum peragendum desint &c. tunc enim, si neque pecunia, neque res alia mobilis, ex qua præsentì necessitati subveniri queat, ad manum habeatur, distrahatur res mobilis pretiosa vel immobilis cap. non habenti 50. cum seq. XII. q. 2. Clem. Monasteriorum 1. de Reb. Eccles. non alienand. Latè Vincentius Petra Commentar. Apostol. tom. 1. pag. 97. & seqq.

Secunda est evidens utilitas, per quam Ecclesia conditio manifestè redditur melior, non tam ex eo, quòd majus pretium, quam res valeat, acquirat, sed quòd res commodior, utilior, & fertilior, ac pro domo v. g. vendita, ager aut vinea; pro vinea, longè distita, ager in vicinia compararet cap. sine exceptione 52. d. q. 2. cap. cum Apostolica 7. cum seq. de his qua sunt à Prælat. sine cons. cap. hinc consultissimo 2. de Reb. Eccles. non alienand. in 6. d. Clem. Monasteriorum eod. Barbofa ff. E. P. lib. 3. cap. 30. n. 13. Petra d. l. pag. 111. à num. 109. Unde non placet opinio Glossæ ad d. cap. sine exceptione 5. profuturum &c. existimantis, sufficere utilitatem negativam, quæ scilicet Ecclesia non damnificatur: pro namque in citatis textibus exigitur, & major utilitas positivè desideratur, ne cæterokin faciliores & frequentiores sint alienationes, ac pro re immobili pecunia accipiatur. Itaque sæpius 79 judicavit Rota coram Merlino dec. 702. n. 76. & dec. 624. n. 3. p. 1. recent. & dec. 730. n. 3. p. 2. & dec.

82 *dec. 277. n. 1. item dec. 319. per tot. p. 4. tom. 2. & dec. 94. n. 74. & seq. p. 7. Engel ad cit. tit. n. 14. Pignatell. tom. 6. consulti. 95. n. 35. 132. & 136. Nihilominus cit. Petra d. l. pag. 113. n. 122. & seqq. cum pluribus citatis rectissime docet, utilitatem esse mensurandam à tempore præsentis, quò fit alienatio, non autem à futuro: cæteroque, cum rerum pretia & eventus varient, vix ulla alienatio subsisteret.*

81 Tertia est pietas, quæ maximè cernitur in redemptione captivorum, non tantum ex jure infidelium, sed etiam, ut sensu aliquando Facultas nostra, ex maribus fidelium inimicorum cap. sacrorum 15. & seq. XII. q. 2. in sublevatione pauperum cap. aurum 70. d. 9. in averfione gravis damni, v. g. incendii, devastationis, expulionis à Republica arg. cap. non minus 4. & cap. adversus 7. de Immunit. Ecclesiar. in defensione fidei Catholicæ adversus paganos, hæreticos, & quoslibet Ecclesiæ hostes arg. dd. textuum. Vincentius Petra d. l. pag. 109. à n. 95. Sed rectè notat hic Author pag. 97. n. 2. causam pietatis ad causam necessitatis,

esse revocandam: tum quia in aliis textibus solummodò fit mentio de casu necessitatis vel utilitatis d. cap. non habentis 50. & 2. seqq. Clem. Monasteriorum 1. de Reb. Eccles. non alienand. tum quia non oportet unum Altare denudare, & alterum contegere. Conscientia Pirhing ad cit. tit. num. 25. Franciscus à Mostazo de causis piis lib. 5. cap. 2. n. 12.

Aliqui cum Fagnano ad cap. nulli de Reb. Eccl. 82. cles. non alienand. n. 7. superaddunt causam geminam, nempe remunerationem beneficiorum & meritum cap. si quis 57. cap. quicunque 66. XII. q. 2. cap. consensus 3. de Reb. Eccles. non alienand. item incommodatam & inutilitatem cap. non liceat 20. cap. terrulas 5. d. quæst. 2. Verùm alii causam remunerationis partim ad causam necessitatis revocant, quatenus Ecclesia tenetur ex necessitate quadam, Patronis suis se gratam exhibere; partim ad causam utilitatis, quatenus Ecclesiæ, ad nova beneficia acquirenda, interest, beneficia jam accepta remunerari. Causa incommodatam jam supra in n. 50. à prohibitione alienationis exempta fuit.

§. II.

Qualiter consensus Capituli sit necessarius?

84 Secundò ad alienationem validam requiritur solennitas, quæ præcipuè consistit in tractatu, super alienationem capitulo instituto, nec non consensu ac subscriptione Capituli. Sed quia jam in parte I. cap. 4. à n. 29. & n. 116. hanc solennitatem explanavimus, nil ultra superaddere, sed unum vel alterum scrupulum duntaxat removeere lubet.

85 Ambigitur I. an sufficiat tacitus Capituli consensus, an verò expressus exigatur? Ambigendi locum facessit cap. continebatur 2. de his, qua sunt à Prælati sine cons. Capit. ubi concessio decime, ab Abbatis facta, declaratur valida, si conventu sciente & non contrariante sit facta.

86 Quòd textu inducitur nonnulli DD. apud P. Wiestner ad cit. tit. n. 7. distinxerunt inter alienationem perpetuam & temporalem, illamque cum expresso Capituli consensu, hanc cum tacito, expediendam voluerunt. Sed, minus in Jure fundata noscitur illa distinctio: tum quia in cap. irrita 1. d. 1. indistinctè pronuntiat irrita alienatio, quæ sit absque collaudatione & subscriptione Clericorum: tum quia subscriptio Capituli, quæ juxta cit. p. 1. cap. 4. num. 145. in alienatione debet intervenire, profectò non tacitum sed expressum assensum supponit: tum quia in Extravag. Ambitiosa alienatio temporalis, qualis est locatio supra triennium, æquiparatur perpetuæ. D. Vincentius Petra Commentar. Apostolic. tom. 1. pag. 54. n. 6. D. Vilagut de Reb. Eccles. male alienat. lib. 1. cap. 32. per tot. ubi quidem in alienatione temporali non requirit expressum consensum, at tamen supponit, illam non fieri ultra triennium.

88 Neque ad rem quadrat cit. cap. continebatur: ibi namque non distinguitur inter concessionem decimæ perpetuam & temporalem; imò,

non agitur de alienatione, sed præsentatione Clerici ad beneficium, quod nomine decime denotatur: quia per Episcopum institui, & per traditionem clavium investiri debuit, veluti solertissimus SS. Canonum Interpres Gonzalez cit. l. advertit. Eaque institutio sustinetur, si præsentatio præcesserit, conventu sciente & non-contradicente arg. eorum, quæ in cap. 3. n. 134. habentur.

Ambigitur II. an consensus Capituli sufficiens probetur ex sigillo, literis, super alienatione concessis, appensò, aut Decani vel Prioris subscriptione, nomine Capituli facta?

Resp. talibus literis plenam quidem probandi vim assignari: cum videantur pertinere ad instrumenta publica, quibus plenissima suffragatur fides, ut suo locò nempe in Lib. II. tract. III. cap. 6. n. 75. dictum est. Interim, 90 si Capitulum negaret, consensum ab ipso vel unquam petitum, vel unquam concessum, esse, eamque negationem juramentò firmaret, literæ ille vim probandi perderent, plussive depositionibus & attestationibus Capitularium, quam scripturæ crederetur per textum convincentem & appositum in cap. tertio 5. de Probat. ubi casus hic proponitur, & nobiscum resolvitur. Faciunt etiam dicta in d. cap. 6. n. 91 21. & à n. 142. Nec putes, Capitulares reputari pro testibus in propria causa: nam in eodem tr. cap. 5. n. 38. iam ostensum est, in causa consuetudinibus Ecclesiasticæ in testimonium admittit tam Clericos quam Religiosos ejusdem Ecclesiæ, si probationes alia nequeant haberi.

Ambigitur III. an etiam Patroni consensus in alienatione sit expetendus?

Panormitan. in cap. ut. n. Eccles. Benef. sine dimissis. cons. n. 20. Felinus in cap. cum accessisset

sent 8. de Constit. n. 20. Reverendiss. D. Resch in sua dist. Jurid. de Jure Patron. cap. 1. §. 2. n. 3. & plerique asserunt, Patroni consensum non esse expetendum de necessitate, sed tantum de honestate, & ad majorem securitatem, ne, si alienatio sine justa causa peragatur, eam Patronus Ecclesiæ impugnare possit ex officio. Ratio est: quia dispositio de rebus Ecclesiæ non spectat ad Patronum ex dictis à n. 32. Ergo nec pertinet ad Patronum, dare consensum in alienationem de necessitate. Et licet Patrono cuiuslibet incumbat cura & custodia rerum Ecclesiasticarum, & Patrono Ecclesiastica juxta dicenda in p. 3. cap. 2. n. 124. reddenda sit ratio reddituum Ecclesiæ: ex eo tamen non magis evincitur consensum in alie-

nationem, quam ex custodia & cura, quam habet circa rem depositam depositarius, ipsius assensus ad alienationem rei depositæ evincitur. Inclinat in hanc sententiam cit. Petra p. 81. num. 16. & 18.

Excipiuntur duo casus. I. est, quando Patronus in fundatione, dotatione, vel constructione Ecclesiæ consensum in alienationem sibi reservavit arg. cap. præterea 23. de Jure Patron. cap. verùm 4. de Cond. apposit. II. est, quando rem Ecclesiæ dedit in feudum, in cujus alienationem postulandum est assensus Domini directi, sive vassalli sit persona Ecclesiastica, sive Sæcularis ex tit. 55. Feud. 2. & cap. ex transmissa 6. cum seq. de Foro comper. Vid. P. Wiestner ad tit. de Reb. Eccles. non alienand. n. 84.

§. III.

An & quando Superioris Autoritas in alienatione sit necessaria?

96 Solennitas alienationis desiderat etiam auctoritatem Superioris Ecclesiastici, cujus nomine de Jure Antiquiori quoad alienationes Ecclesiarum inferiorum veniebat Episcopus, in cujus Diocesi erat sita Ecclesia cap. Abbasibus 41. XII. q. 2. Jure Noviori autem, ad alienationem, à quacunque Ecclesia faciendam, necessaria est auctoritas Summi Pontificis juxta cap. hoc consultiſſimò 2. de Reb. Eccles. non alienand. in 6. & Extravag. Ambitiosa eod. tit. inter commun.

97 Equidem Redoanus de Reb. Eccles. non alienand. q. 36. & 42. cum Rebuffo, Navarro, & Felice Oliva, quos citat P. Wex in Epit. Canon. p. 2. contro. 4. n. 10. putant, non requiri consensum Pontificum, quando justa alienandi causa suffragatur: eò quòd in cit. Extravag. Paulus II. à consensu Apostolico excipiat alienationes, qua sunt in casibus à Jure permissis.

98 Sed contra hos ex altera parte stat numerosissimum Doctorum agmen, Quaranta, Homobonus, Haunoldus, Tamburin. de Jure Abbas. tom. 3. disput. 13. q. 9. num. 1. Wagnereck ad cit. Extravag. nor. 4. in fine. Pignatell. tom. 6. consulti. 95. n. 10. Pirhing ad tit. de Reb. Eccles. non alienand. n. 54. Wiestner ibid. n. 101. Wex d. l. n. 23. partim quia mens Pauli II. erat, tantummodò illas alienationes à consensu Apostolico eximere, quæ antecederent erant permissæ in casibus à n. 47. enumeratis: partim quia idem Pontifex non intendebat remittere, sed potius intendere vel etiam augere solennitates alienationis: partim quia, si justa deficiat causa, ne quidem S. Pontifex ex n. 80. alienationem approbare valet.

99 Aliupiant, consensum Apostolicum ex locorum consuetudine sublatum esse, vel in omnibus vel in inferiorum Ecclesiarum alienationibus. Hos inter eminenti Zypæus in Analysi Juris Pontif. ad tit. de Reb. Eccles. non alienand. n. 2. Sylvester & alienatio q. 15. Engel ibid. n. 100 15. Wagnereck cit. l. 3. in consulti & c. Eam verò consuetudinem de facto vigere, negat cit. P. Wex à n. 24. & in confirmationem suæ negationis asserit testimonium 12. Authorum,

qui scripsere in Germania; nec non juramentum fidelitatis quod Episcopi & Abbates Germaniæ in sua consecratione vel benedictione, juxta Pontificale Romanum in tit. de Consecra. Ep. & Benedic. Abbas. præstant in hunc modum: possessiones, ad mensuram meam vel Monasterium meum pertinentes, non vendam, neque donabo, neque impignorabo, nec de novo infundabo, vel aliquò modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ mea vel Conventus Monasterii, inconsulto Romano Pontifice; & si ad aliquam alienationem devenero, penas in quibus super hoc edita constitutione (nempe cit. Extravag.) sententias ipso Jure incurrrere volo.

Quia tamen est admodum difficile, de consuetudine, quæ facti est, univèrsim judicare; hinc in præsentis puncto nil determinare possum: id solum advertens, juramentum fidelitatis, ne consuetudini, si alibi vigeat, adversetur, à cit. Wagnereck sic explicari, ut habeat tacitam conditionem de observanda illa Extravag. quatenus usus recepta est. Quam explanationem, etiam difficilem judicet P. Wiestner ad cit. l. n. 119. non tamen rejiciendam existimat.

Interim in confesso est apud Canonistas, assensum Pontificum non solum esse, sed etiam post alienationem factam impertiti possesjuxta cap. quoriet 2. de Pañ. Et, si post alienationem superveniat, illa pro valida retrò habebitur per cap. rati habitationem 10. de R. J. in 6. Wiestner cit. l. n. 90.

Queres: an alicujus Superioris Ecclesiastici citi comprobatio sit necessaria, quando res alienatur ab una Ecclesia ad aliam?

Resp. sententiam negativam, quam tuetur P. Engel ad cit. tit. n. 16. multum probabilem, & ante aliquot annos à nostra Facultate probatam esse. Textus est l. in cap. non licet 1. de Reb. Eccles. non alienand. ubi ad permutationem rerum unius Ecclesiæ cum altera præter consensum ambarum partium nihil exigitur. II. in cap. hoc consultiſſimò ult. d. 1. in 6. ubi, dum prohibetur alienatio inconsulto S. Pontifice, prohibitio distèctè restringitur ad alienationem,

109 in Laicos factam, in §. Laicos subministrare &c. III. in Extravag. Ambitiosa eod. tit. ubi ratio prohibendæ alienationis absque consensu Pontificio fundatur in casu, quod res Ecclesiæ profanis usibus applicentur; sicque supponitur, rem alienatam in manus Laicorum devenire. Ratio præterea est: quia in prohibitione alienationis quoad consensum Superioris Ecclesiastici, præsertim S. Pontificis, Legislatores potissimum respexerunt ad utilitatem Ecclesiæ universalis, cujus plurimum interest, ne res, ad Ecclesiam semel translata, redeant ad manus Sæcularium, hoc præsertim tempore, quod non tantum rarissimæ sunt fundationes & do-

tationes Ecclesiarum, sed etiam frequentes prohibitiones, ne res immobiles ad Ecclesias, velut manus mortuas, ut loquuntur, transferantur. Adeoque non attenderunt, utrum res penes hanc vel illam Ecclesiam particularem existat: utrobique enim utilitas Ecclesiæ universalis æqualiter conservatur. Contraria nihilominus sententia videtur esse 107 Romæ recepta, veluti patet ex variis decisionibus, quibus unam legi coram Emerix 10. 1. decif. 136. num. 4. & 8. item ex declarationibus S. Congregat. de quibus Vincentius Petra Commentar. Apostol. tom. 4. pag. 128. num. 36.

SECTIO IV.

De Effectu alienationis.

SUMMARI A.

108. Alienatio valida transfert dominium. 109. Invalida nequidem in foro interno prodest. 210. & seqq. Dna sententia contraria referuntur, & reselluntur. 114. & seq. In dubio non presumitur valida, si impugnetur. 116. Traduntur exceptiones. 117. Limitatio exceptionis. 118. Rem male alienatam revocare potest Præ-

latus. 119. Eius Successor. 120. Capitulum. 121. Et serè quilibet alius. 122. Ecclesia regressum habet adversus alienantem. 123. De Prescriptione remissivè. 124. & seqq. Exponuntur pæne male alienantium. 127. Et res alienatas recipientium. 128. Casus, à pænis excusantes.

§. I.

De Valore alienationis.

108 **E**ffectus alienationis alius est, si causa & solennitas debitè intervenerit; alius, si vel causa, vel solennitas, vel utraque defecerit. Si causa & solennitas debitè intervenerit, non minus dominium rei immobilis vel mobilis præciosæ aliudve jus in accipientem transfertur, quam si res mobilis alienata fuisset. Si defecerit vel causa, vel solennitas, vel utraque, alienatio est prorùs & ipsò jure invalida, non solum in foro externo, sed etiam in foro interno per textus luculentos in cap. sine exceptione §. 2. XII. q. 2. cap. irrita 1. cap. cum nos 3. cap. una nuper 8. de his, que sunt à Prælat. sine consensu. cap. si quis 6. de Reb. Eccles. non alienand. cap. dudum 1. cap. hoc consultißimo ult. eod. in 6. Clem. Monasterium 1. eod. Confer in Lib. I. tract. nostrum de Jure Leg. cap. 1. num. 347. Manet itaque dominium penes Ecclesiam, nec non & possessio Civilis, ejusque nomine datur Ecclesiæ manutentio. Cardin. de Luca de Alienat. disc. 1. num. 100. & seq. item disc. 4. n. 5. item disc. 18. n. 9.

110 Non placet itaque sententia Sylvestri in V. alienatio q. 12. qui alienationem censet validam, quando solennitas quidem deficit, justa tamen intervenit causa, quasi scilicet Lex alienationis prohibitiva sit in præsumptione damnificationis fundata, atque ob eam in cap. Apostolicos 13. §. quisquis autem XII. q. 2. alienatio attentata causetur.

111 Nam textus, mox allegati, manifestè declarant, alienationem sine causa simul & solennitate, seu formâ, peractam non valere; illaque præsumptio damnificationis non tam est

particularis & facti, quam universalis & Juris, sicque obligat semper & pro semper Lex alienationis prohibitiva. Covarruv. Par. resoluta lib. 2. cap. 17. n. 2. Cardin. de Luca de Alienat. disc. 1. num. 99. Vincentius Petra d. tom. 1. pag. 89. n. 73. ubi etiam in pag. 91. n. 83. refert declarationem S. Congregat. Concilii in una Signien. alienat. die 15. Martii 1692.

Similiter non placet aliorum sententia, qui cum P. Pirhing ad rit. de Reb. Eccles. non alien. n. 36. & P. Wiestner ibid. n. 91. sibi & aliis persuadere volunt, alienationem, ex justa causa sine solennitate factam, valere in foro animæ, utpote Juri Nature conformem, & Jure positivo solum pro foro externo irritam. Nam, præterquam quòd Lex irritans valore rem demat actui pro utroque foro, juxta cit. tract. num. 329. specialiter hic considerandum est, quòd SS. Pontifices & Concilia Generalia, quibus animarum salus cordi & curæ est, sat clarè expresserint, alienationem in utroque foro taliter esse irritam, ut ne quidem jus retinendi tribuat d. cap. hoc consultißimo &c. ac insuper pænis spiritualibus, quæ sine præcedenti noxa conscientie dictari nequeunt, dantes & accipientes subjecerint. Covarruv. d. cap. 17. n. 2. P. Engel ad rit. de Confit. à num. 54. P. König ad cit. tit. de Reb. Eccles. n. 30.

Exquires: utrum alienatio in dubio præsumatur valida vel invalida?

Resp. si à nemine impugnetur, præsumi validam; secus, si à quopiam impugnetur. Ratio prioris est: quia in dubio stat præsumptio pro valore actus. Ratio posterioris

De Pænis, in malos alienatores constitutis.

ris deducitur tum ex cap. dudum 1. d. 1. in 6. ubi ne quidem justa alienationis causa præsumitur intervenisse, tametsi in instrumento alienationis fuerit allegata: tum ex l. quacunque 13. §. ult. ff. de Publiciana in rem act. ubi tutoris autoritas perinde ac decretum Magistratùs in alienatione rei pupillaris non præsumitur adfuisse, nisi probetur: tum quia aliàs facta non solent præsumi, præsertim ubi repugnant Juri, sicut hic. Vincentius Petra cit. tom. 1. pag. 98. n. 14. Redoan. de Reb. Eccles. non alienand. rubr. 19. n. 5. Mascard. de Probat. Vol. 1. concl. 75. à n. 15. Felin. in cap. sicut 16. de Sen. & re judic. n. 28. Gail. 2. obs. 71. n. 6. Wiestner cit. l. n. 92.

116 Fallit tamen hæc responsio, & pro valore alienationis stat præsumptio I. quando ere-

ctum est instrumentum à Notario publico, ac in eo de justitia & solennitate alienationis fit recordatio per l. cum precibus 18. Cad. de Probat. II. quando decretum & approbatio Superioris, cum prævio examine procedere solentis, accedit arg. Clem. un. de Probat. III. quando à die alienationis tempus longum aut longissimum effluxit arg. cap. coningit 3. de Transact. cap. pervenit 4. de Empt. vendit. Panormitan. ib. n. 10. Redoan. rubr. 8. casu 11. n. 19. Gail. d. l. à n. 7. Dissentit tamen Vilagut de Reb. Ec. 117. cles. male alienat. lib. 2. cap. 2. num. 14. & seqq. quoad consensum Superioris, quem propterea non præsumi dicit: quia cum eo nihil actum, & consequenter nihil ab eo confirmatum censetur, si aliunde non constet de confirmatione.

§. II.

De Revocatione rerum male alienatarum.

118 **Q**uando alienatio est invalida, res male alienatæ possunt & debent revocari. Et I. quidem ejusmodi res revocat ipse Prælatas, perperam alienans per cap. si quis 6. de Reb. Eccles. non alienand. esto etiam juramentum de non revocanda alienatione præstitit cap. pervenit 2. de Furejur. licet enim aliàs contra proprium factum, maximè juratum, agere non liceat arg. cap. inter dilectos 8. de Donat. cap. cum super 8. de Consecr. præb. id tamen non procedit, quando factum proprium non tam propriò quam administratoriò nomine impugnetur, aut actus est penitus nullus & irritus, aut juramentum cedit in præjudicium tertii. Card. de Luca de alienat. d. disc. 1. num. 102. Wiestner cit. l. n. 124. & seqq.

119 II. potest rem invalidè distractam repetere Prælatas successor d. cap. si quis presbyter. 6. cap. Episcopi 4. de Reb. Eccles. non alienand. neque enim improbum antecessoris factum successoris ratihabere obstringitur.

120 III. potest rem sine iure alienatam repetere Capitulum arg. cit. cap. si quis 6. & quidem, si Capitulum in alienationem haud consenserit, fuadent DD. cum P. Pirhing ad d. l. n. 67. in

fin. ut potius Capitulum, quam Prælatas, repetat: eò quòd iste vix citra notam repetere possit.

IV. potest repetere quilibet persona Ecclesiastica d. cap. si quis &c. imò etiam ex opinione Abbatis ad cit. cap. n. 8. & aliorum quilibet Laicus Parochianus; & multò magis Patronus Ecclesiæ arg. cap. constitutum 60. XI. l. q. 1. cap. filius 31. cap. decernimus 32. eod. q. 7. Vilagut de Reb. Eccles. male alienat. lib. 1. cap. 6. num. 12. & seqq.

Præter hanc repetitionem datur etiam Ecclesiæ regressus contra ipsùm Prælatum indebitè alienantem, ad damnum, quod intulit Ecclesiæ, ex bonis propriis, si quæ habuerit, resarciendum cap. monemus 18. XII. q. 2. cap. ex presentium 3. de Pignor. ad eum ferè modum, quòd pupillus vel minor habet regressum contra tutorem vel curatorem, indebitè administrantem.

Num præscriptio contra Ecclesiam, res alienatas repetere volentem, à possessoribus opponi possit? Disputatum, & affirmativè decisum est in tract. de Prescript. cap. 4. n. 107. & seqq.

§. III.

De Pænis, in malos alienatores constitutis.

124 **U**T Ecclesiarum administratores & alii magis ab alienationibus indebitis absterreantur, variæ pæne in ipsos constitutæ sunt. Nimirum alienantes, si sint Episcopi vel Abbates, juxta cap. hoc consultißimo 2. de Reb. Eccles. non alien. in 6. ab officio & administratione sunt ipsò jure suspensi; at juxta Extravag. Ambitiosa eod. inter commun. incurrunt interdictionem ingressus in Ecclesiam, & si sex mensibus in interdictione persistierint, ab administratione & regimine suarum Ecclesiarum & Monasteriorum in spiritualibus & temporalibus sunt ipsò jure suspensi. Sin verò sint Clerici inferioris ordinis & dignitatis, in

cap. si quis 6. d. 1. per sententiam excommunicari jubentur; sed in d. Extravag. videntur ipsò facto excommunicati, ac insuper dignitatibus, beneficiis, & officiis, quorum res & bona alienarunt, ipsò jure privati declarantur. Additur in decreto quodam S. Congregationis, jussu Urbani VIII. conditò, & à P. Wiestner cit. l. n. 146. relatò, quòd Superiores Regulares, res & bona suorum Monasteriorum alienantes, pænam privationis omnium suorum officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad illa postmodum recuperanda incurrant.

Nève impunè ferant, qui res alienatas recipiunt,